

qui ut voluit, & quando voluit, resurrexit. Caterū si cum certa desunt argumenta, aliquis cōiecturis locus est, & in rebus incertis, q̄ similitum vero est dum verum ipsum appareat, pro vero tenendum, sub auroram resurrexisset, credendum est. Cū enim angeli ideo de celo descēderint, ut eum surrexisse testarentur: probabile est statim, ut surrexit, descēdisse, ne interim milites, aut ipsi, qui occluserant, sacerdotes sepulchrum aperissent, & corpus non inuenissent, furto sublatum putarent, idq̄ nō iam data pecunia, sed gratis rati se vera dicere diuulgarent: angelos autem sub auroram venisse ex eo manifestum est, q̄ ad eorū aduentum mota sit terra. Terræ autē motus mulieribus ad sepulchrum appropinquantibus, vt ait Marcus, oriente iam sole factus est. Tunc ergo Christus resurrexit, aut nō multo certe ante resurrexerat. Sed hanc opinionē tantum probabiliter habere volumus, quantum ea cōiectura qua a nobis probata est, habere iudicabitur.

7. Et cito euntes. Cito ire iubet, & vt quam primū, qui ob Christi mortem tristes erant, latissimo resurrectionis nuncio recreentur, & vt nutans eorū, antequam penitus cadat, fides sustineatur. Marcus c. 16. 7. angelum sic dixisse ait, Ite, & dicite discipulis eius, & Petro: Petro nominatim dici iubet, ne quia ter Christum negando peccauerat, exclusus esse ab eo beneficium videretur, vt Greg. ho. 21. in Euang. & Euthym. docuerunt.

Quia surrexisset: Sape eum Hebraicum explicauimus.

Et ecce praeceperat vos in Galileam. Indicat angelus Christum iam in Galileā descēdisse, aut q̄ ita putasset, aut q̄ sciret eo animo Christum fuisse, & cum resurrexit, ut iret in Galileam, & se illic discipulis ostenderet: nisi malum praesens tempus Hebræorum more pro futuro positum esse, quasi dicat, ecce praeceperat vos in Galileam, quantumcunque festinatis: sciebat enim Christum momento temporis huc illic volitare. Ignorabat, vt videtur, angelus, quod paulo post futurum erat, Christū se mulieribus in vrbe redeuntibus ostensū v. ille. Facit etiam hoc ad accendendum discipulorum studiū, vt cum audierint Christum iam, vt in Galileā praeceperat, descēdisse, magis eo festinarent, & sequi non pigeret, si praere pigebat. Mira humana infirmitas est, mira incōstantia: multo erat facilius Christum in Galileam eūtem, & quidem iam suscitatum, atq̄ gloriosum, quam in crucem in firmum, & ignominiae plenum sequi. Atqui illud omnes polliciti erāt cap. 26. 25. ne hoc quidem praestiterunt. Nam cum haec a mulieribus discipulis narrata essent, *visa sunt ante illos sicut deliramentum verba illa*. vt c. 24. 11. Luc. scribit. Duplex in hunc locum incidit quaestio. Altera, cur in Galileā potius, quam in Iudaea Christus se Apostolis ostendere voluerit. Altera cur contra quam decreuerat, ac dixerat, in Iudaea se prius, quā in Galileam iret, ostenderit. Priorem questionem pleriq̄ ad hunc modum explicant, ideo in Galileā discipulis apparere voluisse, vt liberius eū illis agere, eosq̄ docere possent: in Iudaea enim sacerdotum, & Phariseorum metus impedire discipulos poterat, vt Chrysost. homil. 90. & Euthym. exponunt, idemq̄ in comment. in c. 24. Lu. indicat Amb. Alii propterea in Galileā apparere voluisse, quod cum discipulis in Euangelium praedicaasset, plures ibi discipulos haberet, quos velle omnes eadem opera confirmare. Hieronymus & Beda aliam, sed allegoricam rationem reddunt, Galileam iuxta nomē suū omnī vicioꝝ voluntatū significare, ideoq̄ oportuisse Christi praesentia illustrari, vt Iliac. c. 9. 1. 2. quod supra c. 4. 15. Mathaeus ad Christi etiā praedicationem accommodauit, longe ante dixerat, Terra Zabulon, & terra Nephthali via maris trans Iordanem, & Galilaea gentium, populus qui ambulabat in te-

*cur Christus Apostolice in Galileam ostendit se voluerit.*

nebris vidit lucem magnam. At tunc non statim eo ostendit quae secunda quaestio erat. Quoniam vidit cunctantes adhaec, & dubitantes Apostolos, nec iurores fuisse in Galileā, nisi prius se illis, vt eorum corroboraret fidē, Hierosolymā demōstrasset, vt indicat Ambrosius. non ergo sefellit fidē suā, sed sepeperat, quia plus praestitit, quā pollicitus erat. Proferat se in Galileā discipulis apparuisse, praeferat etiam Hierosolymā, vt Greg. Nyssens. scribit.

Ecce praedixi vobis. Haec verba eo pertinent, vt cū in Galileā Christum discipuli viderint, & credant non phantasma, non spiritum, sed ipsissimum esse Christum, cum expecti fuerint angelum vera praedixisse, ideoque non potuisse, nisi diuinitus locuti esse. Quare & Christum esse, quem videant, credere oportere, cum ab eodem argelo fore, vt eū viderent, praedictum fuisset. Sic Samuel. vt Sauli persuadere ea que illi praedixerat, fuit esse, quaedam alia praedixit, que eodem die, Saul experturus erat, vt ea ceteris fidem faceret. *Cum aberit*, inquit, *hodie ad me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Benjamin in meridie, diciteque tibi, inuenta sunt asinae, ad quas iteras perquirendas.* 1. Reg. 10. 2. Eodem modo Christus Ioan. 13. 29. & nunc, inquit, dixi vobis, priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis. Mar. 16. 7. paulo aliter dicit, *quod dicitis vobis sicut dixi vobis*, vt angelus non se, sed Christum hoc praedixisse dicat, alludens ad verba Christi, que paulo ante mortem discipulis dixerat, & postquam resurrexerit praedecant vos in Galileam. Math. 26. 32. fortasse hoc loco pro *propheta dicitis*, *non dixi legimus* est: facili enim & Grace vnus littera mutatione, & Latini vnus detractione lapsus esse potuit, & sita legatur nulla inter Mattheum, & Marcum discordia erit: sed facile corrigere non audeo.

8. Et exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno. Quod cito exierunt, & Angelorum iussu, qui versus praecedenti illis dixerat, *cito euntes dicite discipulis eius*, & timore simul, gaudioque fecerunt. Vtrumque enim festinare homines cogit. Cur simul timerint, simul gaudia sint, facilius est, vt facta ex se quisque, si eo loco fuisset, coniectura diudicet, quam vt nos verbis explicemus. Timebant, quia angelos viderant, & coelestis diuinaeque naturae conspectum, quia ferre non potest, humana natura reformidat. Gaudebant, quia audierat Christum resurrexisse. Mar. ait. 16. 8. *at ille eximentes fugerunt de monumento: inuaserat enim eas tremor, & pavor, & nemini quicquam dixerunt: timebant enim.* Quod autē dicit, nemini quicquam praetimore dixisse mulieres, nō ita intelligendū est, quasi nemini prorsus, ne ipsi quidem, quasi Christis, quae viderant, dixerint: nā ex Luca c. 24. 11. manifestū est, eas discipulis dixisse se in monumento vidisse angelos: sed significat Marcus eas in via adeo mutas fuisse, vt neq̄ ipsi, qui occurrerant, neque, ipse inter se aliq̄ aliis quidquam dicerent, sicut timore correpti homines facere solent.

9. Et ecce Iesus occurrit illis. Non satis cū his verbis cōuenire videntur, quae Marc. & Ioan. scribunt. Marc. 16. 9. ait, *surgens autem Iesus mane prima sabbathi apparuit primo Mariae Magdalene, de qua dicitur septem demonia, quasi Christus non esset tunc mulieribus apparuerit, nee Magdalena ipsi ad discipulos euntes, sed alias. Ioannes vero capite 20. 13. 14. 15. 16. 17. cum dixisset Magdalenam fuisse eadem monumentū plorantē, cumq̄ se in monumentū inclinasset, vidisse angelos, qui eā interrogauerint, Mulier, quid ploras? inquit, *eis, quia tulerunt Dominum meum, & nescio, vbi posuerunt eum. Itae cam dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantē, & non sciebat, quia Iesus est. Dicit ei Iesus, Mulier, quid ploras, quae quae illa existimans, quia hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit**

*Surgere in primis quomodo dicitur dicitur*

dicit ei, Rabboni, quod dicitur Magister, dicit ei Iesus, nolite tangere, nondum enim ascendit ad patrem meum. Vnde autem ad fratres meos, & discipulos, Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum. Quod attinet ad Marcum minor est difficultas, cum enim illi propositum esset dicere Christum mulieribus apparuisse, praetermissis omnibus circumstantiis dixit eadem die resurrexisse Christum, non de resurrectione, sed vt ita dicam, de resurrectione loquens quasi prius resurrexisset, & Magdalena apparuisset. Surgere enim Hebraica phrasi dicitur, qui aliquid operis aggrediretur, etiā si verum non surgat, vt Capiti populus in aduocare, & bibere, & surrexerunt ludere, id est, inceperunt, & supra ca. 24. 11. multi Pseudoprophetae surgunt, id est, exierunt, aut se demōstrare incipient, & ver. 24. surgunt enim Pseudoprophetae. Non enim Marcus docere voluit, quia hora Christus resurrexisset, q̄ vt ver. 6. docuimus, incertū omnino est, fed qua hora Christus mulieribus apparuisset. Quod autem sola nomen Magdalena, aut ideo fecit, q̄ soli prius Magdalena apparuit, vt paulo infra disputaturi sumus, aut q̄ omnibus simul mulieribus apparuerit, tamen cū sola prius Magdalena locutus fuerit. Verba Ioannis plus habent difficultatis. Sūrgitur, qui exiit, aut, bis se Christū mulieribus demōstrasse. Primum soli Magdalena adhuc iuxta sepulchrum herenti & retro respicienti, vt Ioannes dicitur videtur. Deinde omnibus mulieribus, quae ad sepulchrum venerant, vt discipulis nunciante rediitibus. Nā cum omnes in monumento essent, digressis, vt abirent, alius Magdalenam adhuc plorantem iuxta sepulchrum restitisse, cumq̄ respexisset retro, vidisse Christum, ab eo interrogatam, quid ploraret, aut quid quereret, hortulanum ratā respondisse, Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, & ego eum tollam, Christum respondisse nomine eam appellatam, Maria, & cetera, quae Ioannes narrat tunc accidisse, mox Magdalena profectā, inde ceteras quae praebant, mulieres curriculo cōsequutā, cumq̄ vna cū illis pergeret, Christum illis iterum simul euntibus apparuisse, vt hoc loco Mathaeus scribit. Sic D. Augustinus de consensu Euang. c. 24. & Scierus apud D. Thomam in comment. Alii duas quidem, sed aliter. Haec apparitiones fuisse putat, prius enim Magdalenam solum ad monumentum venisse, atq̄ tunc illi, quem admodum scribit Ioannes, visum fuisse Christum: deinde vna cum ceteris mulieribus ad monumentum rediisse, & cum inde rursum ad Apostolos reuertentur, Christum illis in via, vt ait Mathaeus, occurrisse, His Greg. Nyssens. auctor est. Vtramq̄ opinionem, quia bonos habet auctores, non tam probare cogor, quam non refutare. Sed nescio, quomodo mihi in sedet animo, vt vix mihi persuadere possum, aut Magdalena bis ad monumentum venisse, aut bis illi apparuisse Christum. Quid enim cogit nos ita sentire, cum Mathaeus aperte significare videtur, & omnes simul mulieres ad sepulchrum venisse, & omnes simul rediisse, & omnibus redeuntibus occurrisse Christum? Nam q̄ Marc. ait visum fuisse primum Magdalena, facillime interpretari possumus, vt Magdalenam non ceteris mulieribus, sed Apostolis opponat: vt sensus sit, non quidem prius Magdalena, quam ceteris mulieribus, sed prius illi, quam Apostolis apparuisse. Nam vt ver. 16. dicitur sumus, merito à Catholicis creditur, quamuis scriptum non sit, Christum primum omnium mulieribus apparuisse. Quare non potest esse sensus primū apparuisse Magdalena, id est inter omnes mulieres primū ab ea visum fuisse. Quod autē Marc. solus nomen Magdalenam, nec mirū est, cum Ioan. nullam aliam nec ad sepulchrum venientem, nec reuertentē, neque Christum videntem nominauerit, & consuetudine alius Euangelistis, & alias cum es ad sepulchrum venisse, & reuertentes vidisse Christum. E cur solum no-

minauerit Marcus, paulo ante rationem exposuimus quod cum ea primū loqui coepit, & fortasse omnes, quae simul ibant, prima Christum viderit Magdalena. Quod autē Ioannes scribit, *est difficile videtur, haud multo difficilius explicare possumus.* Primum, quod dicit Magdalenam ad sepulchrum stantem, atque plorantem conuersam vidisse Christum, sic intelligi potest, & conuersam dicat, non respicientem, sed redeuntem. Nam est contrarium videri potest, quod hortulanum Christum esse putauerit, quod non putasset, nisi in hortu, vbi sepulchrum erat, vidisset, id ipsum intelligi potest, vt dicamus Christum redeuntibus quidem iā mulieribus, sed nondū hortū egressis, aut egressis quidem, sed quasi ad hortū euntem Christum apparuisse, aut ea apparuisse forma, vt facilius hortulanus esse credi posset: ideo hortulanum existimasse. Quod autem Christum illam interrogasse dicit, *quid ploras?* credendum est, etiam, cum reuertentur, omnes, maximeque Magdalenam plorantem, quia vt Grego. Nyssens. ait, & ex hoc ipso Ioannis loco perspicuū est, Magdalena etiā asserunt angelo resurrexisse Christum, non facis credit. Nā postquā id angelus affirmauit, adhuc plorat, quā nō resurrexisset, sed furto sublatum fuisse crederet: adhuc dicit, Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, adhuc dicit Apostolus Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus, vbi posuerunt eum. Ioan. 20. 2. cū enim haec dicit, iam angelum vidisse ver. 13. copiose probauimus. Quod autem solum Ioan. non minauerit Magdalena, minus etiā mirū est, quā quod ea Marcus solum nominauerit, cum Marcus non eam solum, sed cum ea alias mulieres ad monumentum venisse dixerit. Ioannes autem solum venisse docuit. Non audeo dissentientibus tot interpretibus hanc sequi sententiam, nisi praclarum haberet auctorem D. Athanasium in oratione de Christi incarnatione.

Aucte, *שלמי* Pax vobis, sic enim Hebraei salutare solent, quamuis Graeci interpretes vertant *quies aucte*. Vt nunc autem Hebraei salutacionis forma, cum alias, cum maxime, cum eos, quos salutant, non timere, sed bono animo esse iubent, vt Genes. 43. 23. & Iudic. 6. 23. & 19. 20. quod in hunc loco apte conuenit: quia enim timoris plenas mulieres videbat, hac ratione salutat, Pax vobis, quasi dicat, bono eorū animo, non aduersariis, sed amicus vobis venio, quem admodum versus sequenti illis dicit, nolite timere.

Ille autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius. Ioannes 20. 17. indicat Magdalenam pedes Christi non tetigisse: prohibita enim à Christo dicit, *ne tangere*: nondum enim ascendit ad patrem meum. Sic eadē, vt ego exillimo, haec fuit vtilis, de qua Mathaeus, & illa de qua Ioannes scribit, non difficile potest ea, quae inter Euangelistas videtur esse, repugnancia conciliari. Ioannes enim non dicit Magdalenam pedes Christi non tetigisse, sed Christum dixisse, *nolite tangere*. Atqui fortasse, cū hoc Christus diceret: iam tetigerat, vt nonnulli etiam interpretes existimant: fortasse Christo etiam prohibete tetigit, vt res importuna, & pernix esset amor. Simile enim supra ca. 9. 30. 31. legitimus exemplum, cum Christus caecos curasset, illis, que praecipisset dicens videte ne quis sciat illi, inquit Euangelista caecantes dissimulauerunt eum in tanta terra illa. Obedientiam enim, & pietatis genus esse putauerunt Christo in hac re nō obedire. At soli Ioan. Magdalenam prohibitam fuisse dicit, ne tangeret Christum. Quid ita omnes prohibete sint, sed Ioan. q̄ de sola Magdalena loquebatur, licet solum ad sepulchrum venisse dixerat, solum vidisse Christum, ita solum prohibita tangere fuisse dicit: At ceteri Euangelistae, qui de aliis loquuntur, nō dicit eas fuisse prohibitas: nec Magdalenam prohibitam dicit: quem admodum er-







vt alius locis notauimus, eū persona agente in verbis passiuus copulatur: ideōq; veritū a Præfide. Poterant milites merito à Præfide timere, ne ab illo tāquam negligentes, aut præuicarios punirentur. Contra hoc periculum suam illis sacer dotes vicifim mentendi operam pollicentur: futurum, vt i-piorum mendaciam suo etiam superaddito mendacio Præfidi persudant, atq; confirmant: Præfidei sibi milites defendentibus, qui eos maxime accusare debere videbantur, facile crediturum. Emitur, inquit Hilarius, à custodijs, qui omnia ha-derant argente, reſtorrectioni silentium, & mendacium furii. Militum autem mendacium subiliter & eleganter his verbis Sedulius coarguit,

Car. 13. in  
Matth.  
Lib. 5. ca.

*Fare improbe cūsus,*

*Responde ſclerata cohorti: ſi Chriſtus, vt audeſ dicere, conſilio ſurtim produciū ab antro Soporū latuit, quū iacet in tu amictus? Cuius ad exuuias ſcler. angeluſtanne beati Corporu ablatore velocius eſſe putauit? Sclerare contēlum, quān deū. Cūve ligatum? Cum mora ſit ſurtim contraria cautus ergo Cum domino potuerit magū ſua lintea tolli. Mentita eſt vox vana ſiua, ſamen iſta figuram Res habet egeriam, Iudeis conſtat ademptum, Quem nos deuoto portamus pectore Chriſtum.*

15. Et diuulgatum eſt verbum iſud apud Iudeos vſque in hodiernam diem. ] Nempe Chriſtum à diſcipulis furto fuiſſe ſublatum, vt Chryſoſt. 9. in Matt. Euthym. in comment. Seuerus, & Rabanus apud D. Thom. exponunt. Neq; qui aliter interpretetur inuenio, eſt nihil abſurdū eſſe video, ſi hoc ad id, qd Euangelista dixerat, referatur, hoc ipſum vel inter ipſos Iudeos diuulgatum fuiſſe, milites data à ſacerdote pecunia corruptos dixiſſe, atq; diuulgaſe diſcipuloſe de dormientib; furatos fuiſſe corpus; neq; huic interpretationi quidquam ad probabilitatem de eſſe præ bonum auctorem v. deo. Cæterum eo per ſe probabilior, quod vt hoc diceret, quam vt illud, quod omnes interpretes dixiſſe putant, plus cauſe Euangelista videtur habuiſſe. Magis enim conueniebat hiſtoriz, vt diceret ſacerdotum fraudem ne apud ipſos quidem Iudeos iuſuſe, ne quis exiſtimaret ſe illis ſaluum obiectiſe crimen: quam vt diceret Iudeos credidiſſe Chriſtum à diſcipulis furto ſublatum, quod vt exponeret, hiſtoria minime poſtulat.

16. Vndecim autem diſcipuli. ] Iudeus enim aut iam ſeſe laqueo præfoceauerat, vt omnium ſere aucto- rum ſeruo opinio, aut certe ſpe omni ſalutis abiecta laqueum cogitabat, neque auſus fuerat, poſtquam Chriſtum videntiſſet, ad Apoſtolorum redire cō- ſortiu. Oportebat. n. Dauidis impleri prophetiam, ſicut habitatio eius deſerta, & epiſcopatum eius accipiat alter, Pl. 68. 3. 6. vt Petrus Act. 1. 20. interpretatur. Videat, ſi volentē eor, quæ à nobis c. 27. ſ. dicta ſunt.

Abierunt in Galilæam. ] Non ſtatim, ſed poſt octo, vt minimum, dies, vt D. Aug. lib. 3. de conſenſ. Euan- gel. c. 25. ex Euangelistarum hiſtoria probat. Multa enim Matt. præteritio, quæ vt alii telantur Eu- angeliz. per octo dies Apoſtoliſ ad huc Hieroſo- lymæ euenientib; facta ſunt. Quæ, vt, quo ordine acciderint, intelligantur, alienam non erit ab hoc loco quibus, & quo tēpore Chriſtus poſt reſurre- ctionem apparuerit, obiter explicare. Primū quidem matri ſux apparuiſſe, non quod Euangeliz. factum dicant: ſed, quod fieri deuerit, crederem eſt. Nec eorum mihi placet diſpenſatio, qui in hac opinione in animis ſere omniū Catholicorum iam in hærente referenda multum operæ conſumunt. Secundo eorum die, quo reſurrexit, apparuit Mag- dalenæ, atq; ſoli, vt D. Augu. & pleriq; interpretes putat, vt aut, nos ſumus interpretati, vna cum alijs mulieribus, quæ ad ſepulchru ſimul venerant Ioā. 20. 12. Tertio, vt maior pars ſentit auctorum, om-

Chriſtus pri-  
mum à Vir-  
gini poſt re-  
ſurrectionē  
apparuit.

nibus mulieribus, quæ ad monumentum venerant, ſimul redeuntib; apparuit, qd eodem etiam die factū eſt. Quarto, eodē quoque de Petro crediunt apparuiſſe: aut ſoli, vt putat Leo 9. in li. contra Michae- lem Conſt. c. 15. aut, vt vno ſimile eſt, etiam Ioanni, cum à ſepulchro rediret, vt colligitur ex Lu. 24. 34. ſurrexiſſe Dominus vere, & apparuit Simoni, & ex D. Paul. 1. Cor. 15. 3. 4. 5. tradidiſſe enim vobis in primo, quod & accipi: quoniam Chriſtus mortuus eſt ſecundum ſcri- pturas pro peccatis noſtris, & quia ſepulchro eſt, & quia re- ſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, & quia viſus eſt Cepha. Quinto eodem rursus die viſus eſt duobus illis diſcipulis euntib; Emaumtem Lu. 24. 13. Sexto, eodem die ſub vepſerum decem diſcipulis abſente Thoma Hieroſolymæ docti congregariſ apparuit Ioann. 20. 19. vnde ſequitur eodem veſpere, & cum duob; illis diſcipulis Emaum cenſe. vt Lu- cas ſcribit, & Hieroſolymæ decē diſcipulis apparuiſſe. More enim ſpiritus magna locoru ſpacia non mēto tēpore permeabat. Ha ſex apparitiones eodē die, quo Chriſtus reſurrexit, acciderunt. Septimo, octo poſt dies vndecim ſimul Apoſtoliſ præſente iam Thoma in eadē vrbe Hieroſolymoru apparuit, Ioan. 20. 26. eſt Hieronymus in monte illo Galilææ, de quo Matthæus loquitur, hanc apparitionē factam putat, minus, vt mihi videtur, probabiliter. Octauo ſepē diſcipulis, Petro, Thoma, duob; filijs Zebedæi, Nathanael, & alijs duobus, quos Euangeliz. non nominant, picantib; in mari Galilææ viſus eſt Ioan. 21. 1. Quare, qd ibidem Ioan. dicit v. 14. hoc iam tertio maniſeſtatu eſt tēpore diſci- pulu ſuo, cum reſurrexiſſet à mortuis, non ſe intelligē- dum eſt, quaſi ter tantum prius viſus fuiſſet, cum ſepius iam apparuiſſe, vt probauimus, maniſeſtum ſit: ſed aut, vt D. Aug. interpretatur, li. 3. de conſenſ. Euan. ca. 25. vt illud aduerbio tertio non ad nume- rum apparitionū, quæ tertio tunc apparuerit, ſed ad numerum dierū, quibus apparuit, referatur. Hac enim ratione tertio tūc apparuit. Primo enim die, quo reſurrexit, ſexies apparuerat. Octo poſt dieb; iterū, nunc picantib; diſcipulis tertio apparuit. Aut, vt ego intelligi poſſe puto, vt Ioannes non de quauis apparitione, ſed de publica, & generali lo- quatur, qua Chriſtus aut omnibus ſimul diſcipulis, aut pleriq; omnibus viſus eſt. Nam etſi priuatum matri ſux, Magdalenæ, Petro, duobus diſcipulis tū- tibus Emaumtem apparuerat, tamen omnibus aut pleriq; ſimul diſcipulis non niſi biſ ante apparue- rat: primum eo die, quo reſurrexerat abſente Thoma: ſecundo octo dieb; poſt Thoma iam præſente: tertio hoc loco, cum ſepem diſcipuli in mari diſ- cipulis in monte Galilææ, vt hoc loco Matthæus ait. Atq; hæc, vt Chryſoſt. exiſtimat, vltima fuit ante aſcen- ſionem apparitio, cui Aug. decimam addit cā, qua diſcipulis in celum aſcendēſ viſus eſt. Ex D. Paul. 1. Cor. 16. 6. 7. aliz duæ apparitiones colligi poſſe mihi videntur. Deinde, inquit, viſus eſt plus quā quin- gentu ſtratib; ſimul, ex quib; multi manent vſque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde viſus eſt Iacobo. Quibus ſi cum etiam addamus, qua D. Paulus poſt aſcenſionem in celum ſibi v. 27. vltimo tanquam abſortus viſum eſt, dicit, tēdecim omnino Chriſti apparitiones reperimus.

In montem, vbi conſtituerat illu Dominu. ] Nihil de monte Chriſtum mulieribus dixiſſe tradunt Eu- angeliz. neq; conſtat an id mulieribus, An Apoſtoliſ dixerit: dixiſſe tamen aliquando ex hoc loco per- ſpicuum eſt, aut ante mortem, cum illis dixit, poſt- quam autem reſurrexerit, præcedam vos in Galilæam, ſupra c. 26. 32. vt putat Euthy. aut poſt reſurre- ctionem, cum Hieroſolymæ diſcipulis apparuit, vt quidam exiſtimant. Cur in monte diſcipuloſ ire iuſſerit, non difficile ſuſpicari poſſumus, volebat cum illis libere, & ſine arbitriſ loqui, quod quoties volebat

1. Cor. 11.

volebat facere, in monte eoſ ſeducebat, vt apparet ſupra ca. 14. 23. & 15. 29. & 17. 1. v. Euthy. admonuit. Quis ille fuerit mons, certum non eſt. Hoc tantum cōſtat fuiſſe iuxta mare Tiberiadis, qui & lacus Gene- ſareth, & mare Galilææ appellabatur ca. 14. 25. & 15. 29. Nam ex monte, vbi diſcipuli erant, ad mare illud quaiſi propinquum piſcatum ibant, vt conſtat ex Ioan. c. 21. 2. Quapropter eorum opinio, qui putant eum fuiſſe montem, vnde poſtea Chriſtus in celum euectus eſt, vera eſſe non poteſt: quia hic, vt Matthæus ſcribit, in Galilæa erat, ille autē, vnde in celum aſcendit, mille, aut, vt alii volunt, biſ mille paſſus ab vrbe Hieroſolyma diſtabat, vt ex actis c. 1. 12. probatur. Alii eum mōtem fuiſſe exiſtimant, in quo Chriſtus tranſfiguratus fuerat, quem plerique Thaboris appellant, qua de re diximus ſupra c. 17. 2.

17. Et videntes eum adorauerunt. ] Id eſt, adhibita extrinſecus ad orationē crediderunt, cōſeſq; ſunt non ſolum Chriſtum, ſed verum etiam eſſe Deum, tunc de eius illi reſurrectione dubitare non poſſent. Dubitationi enim ad orationem opponit, cum ſta- tim addat, quidā autem dubitauerunt. Quibus inver- bis quæri ſolet, quomodo diſcipuloſ tot tamq; apertas viſiones dubitauerint. Nonnulli nō ex vndecim diſcipulis, ſed ex aliorū numero, qui diſci- puli etiā appellabatur, eos, qui dubitauerunt, fuiſ- ſe putant: cum eum poſt reſurrectionem nūquam vidiffent: qua ſententia Theoph. eſt. Alii de iſis ipſis Apoſtoliſ, qui Chriſtum adorauerunt, dictum exiſtimant: quidam autem dubitauerunt, nō quod eodem loco ac tempore, & adorauerint, & dubita- uerint, ſed qd illi ipſi, qui nunc in monte adorau- erunt, prius Hieroſolymæ dubitaſſent. Quam etiam interpretationem refert, & approbat Theoph. Sed dubium non eſt, quin Euangelista non ſolū tempus à tempore, locū à loco, ſed perſonas etiam à perſo- nis diſtinguere voluerit: alioſ fuiſſe, qui crediderunt & adorauerunt, alioſ, qui dubitauerunt. Manifeſtū enim eſt non omnes dubitaſſe. Non ergo cōſeſ & dubitaſſe, & adoraſſe intelligit. Alii interpretantur nonnullos ex Apoſtoliſ ſimul atq; in monte viderunt Chriſtum adorabundos prociſiſſe, alioſ cun- ctos eſſe, ac ſubſiſſe, nō quidē de Chriſti reſurre- ctione, & diuinitate dubitantes, ſed an ille, quem videbant, quemq; alioſ poſt reſurrectionem ſape viderant, Chriſtus eſſet. In hac ſententia videntur eſſe Chryſoſt. in Matt. 91. & Greg. Nyſſ. orat. 2. de re- ſurrectione, & Iuuenius, & Euthy. in cōment. Alii, quod Matt. dicit, quidam autem dubitauerunt non ad hanc viſionem, que in monte Galilææ accidit, ſed ad eam, qua Hieroſolymæ acciderat, cum Thomas dubitauiſſe, & cum alijs diſcipuloſ ſpiritu ſe videre pu- tauerunt Luc. 24. 37. & Ioan. 20. 25. 27. referendum exiſtimant, voluiſſe enim ſtudere breuitati Mat- thæum omnes viſiones, quib; Chriſtus diſcipulis apparuerat vna cōplecti, & quidquid in illis notatu dignum acciderat ſindicare. Acciderat autem, vt nonnulli diſcipuli, maximeq; Thomas dubitaret, eodem ergo dixit, quidam autem dubitauerunt, nō quidē tunc in mōte Galilææ, ſed prius Hieroſolymæ. Dicit aliquis Hieroſolymæ non ſolum Thomam, & nonnullos alioſ, ſed omnes omnino diſcipuloſ dubitauiſſe, ptaſſeſq; ſpiritu ſe videre Luc. 24. 37. Reſpondent qui hanc ſequuntur interpretationē, valde, vt mihi videtur probabiliter Lucam com- muniter dixiſſe diſcipuloſ exiſtimariſ ſe ſpiritum videre, non quod omnes exiſtimauerint, ſed quod aliqui, ſicut dixi ſupra Matth. ca. 27. 44. latrones in Chriſtum crucifixum ieiſſe conuicia, quia vnus latro iocera. Hæc mihi placet ſententia, vt Bedæ etiam, & Theophylaſto placuiſſe video.

18. Et accedens Ieſus. ] Sunt qui putant, hæc non tūc, ſed poſtea in vltima demonstratione, qua ſe Chri- ſtus diſcipuloſ oſtendit, cum vellet in celum aſce- dere, accidiſſe, quod valde mihi probabile vide-

tur. Multa enim c. 21. à v. 15. vſq; ad finem narra- tioneſ ad ceteris Euangeliz. prætermiſſa, qua poſt montis Galilææ apparitionem, & antiquā hæc fe- rent, quæ nunc Matthæus ſcribit, & congerit. Quod Petrum Chriſtus ter interrogauerit, Simon diligime plus hūc quod illi paſcendarum ovium ſuarum cu- ram dederit: quod qua morte moriturus eſſet, ſig- nificauerit, quod Petrus de Ioanne dixerit hic au- tem quid? Chriſtus reſponderit, Sic cum volo manere, donec veniam, quid ad te tēpore ſequere: quod exierit ſermo inter fratres, quod diſcipuloſ ille non moritur: qua omnia in comment. in Ioannem Deo adiuvante explicaturi ſumus.

Data eſt mihi omnis poteſtas in celo, & in terra. ] Quod antequam Apoſtoliſ poteſtatem Euangelij prædicandi tradat, datam ſibi in celo, & in terra omnem poteſtatem dicit, eo ſpēctat, vt doceat ſe ni- hil ſibi temere arrogare, nihil illis dare, quod non habeat, & vt vulgo loquuntur, ſuas illis quodam- modo literas patentes oſtendat, quibus cōſtet, quod eos auctoritate Apoſtoliſ creet, & tantam illis cō- cedat poteſtatem. Illud durius videri poteſt, quod ſibi datam omnem poteſtatem dicat, cum eam ipſe per ſe habeat. Non præteribant hoc negligenter A- riani, ſed contra Chriſti diuinitatem inter alia ſcri- pturæ teſtimonia hoc etiam Catholicis obiciebat, quali Deus eſſe non poſſet, cui poteſtas non inuata, ſed data eſſet, vt Athan. in orat. contra Arian. quod Deus ex Deo ſit verbum, & Cyrilliſ lib. 2. in Ioan. c. 73. auctores ſunt. Duobus modis veteres illi partes reſpondebant. Primum datam ſibi omnē poteſta- tem dixiſſe Chriſtum, quia, cum homo factus eſt, eam cum natura humana accepiſſet, vt nobiſcum communicaret. Itaq; non tam ſibi, quam nobiſcum eſſe ſignificat. Sic Athanaſ. Deinde accepiſſe quidem poteſtatem, quatenus homo erat, quam, quatenus erit Deus, naturaliter habebat. Sic Greg. Nyſſen. & Cyrilliſ. Alexand. Poterant ſine vlla ab- ſurditate concedere etiam, quatenus Deus erat, poteſtatem omnem, ſicut & naturam ipſam diuini- tatem à Patre per æternam generationem accepiſſe, vt idem auctores illud interpretari ſolent. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Luc. 10. 22. Hæc omnia vere quidem dicuntur, ſed non ſatis meo quōd em iudicio ad huius rei explanationem accommoda- te. Loquitur enim hic nō de qualibet poteſtate, ſed de ea, quam Apoſtoliſ dabat, id eſt de poteſtate re- gni ſui ſpiritualis acquirendi, colligendiq; quam ad rem Apoſtoliſ mittebat. Et ita loquitur, quaſi eam poteſtatem ante reſurrectionem non habue- rit: vt alio loco idem Athanaſ. annotauit. Neſt tan- quam de re noua dicit, data eſt mihi omnis poteſtas, euntes ergo docete, &c. Nō ergo de ea loquitur pote- ſtate, quam vt Deus, nec de ea, quam vt homo, ſed de ea, quā vt redemptor hominum habebat, quāq; per mortem, & reſurrectōnem ſuam ſibi compa- rauerat. Quia enim omnes homines ſuo ſanguine redemerat, ius habebat eos in regnum ſuum con- gregandi, & veluti ſubditos ſuos efficiendi. De ea ergo loquitur poteſtate, de qua Iliſ ſal. 2. 8. à Patre dictum eſt, Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſ- ſeſſionem tuam ter minus terra, & de qua Pla. 109. 1. Se- de à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, & de qua per Iſaiam capite 49. 6. 8. 9. Ecce dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terra. Hæc dicit Dominus in tempore placito exaudiſſe te, & in die ſalutis auxiliariſ ſum tui, & ſer- uauit te, & dedi te in ſeculoſ populiſ, vt ſuſcitares terram, & poſſideres hereditates diſperſas, vt dices hiſ, qui vni- cti ſunt, exite, & hiſ, qui in tenebris reuelamini. De ea loquitur poteſtate, de qua Daniel capite 7. verſ. 13. & 14. Aſpiciebam in viſione veniebat, & ecce cum nubibus caeli, quaſi filius hominiſ veniebat, & vſque ad anti- quum dierū peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eam dedit

Locuſ pro  
dicoſtata  
ſibi contra  
Arianos  
explicandus.



dedi ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & lingua seruiens ei: potestas eius potestas aeterna quae non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. De ea denique loquitur potestatem, de qua apud Ioannem cap. 16. 33. *Confidite ego vici mundum.* Hanc sibi potestatem per mortem, & resurrectionem suam datam esse dicit, quia eam meruit, propter quod, inquit, exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flexatur caelestium, terrestrium, & infernorum, hoc est, *Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra, qua potestatem ad propagandum regni sui fines Apostolos mittit, vt rectissime mihi videtur libro 5. aduersus Eutychem.* Vigilium interpretari. Quod autem dicit in caelo, & in terra propterea dicit, vt vbiq; se quemadmodum significat D. Paulus, regnandi potestatem habere dicat, sed ex hoc eius regno quaedam pars, id est, ea, quae in caelo erat, iam penitus acquisita, & pacata erat, quae in terris, spirituali bello acquirenda, quam ad rem Apostolos mittebat.

19. *Euntes.* Intelligit in vniuersam terram, sicut dixerat, *data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra;* ipse enim in caelum, id est, in vnam partem regni sui quae iam pacata erat, vt in folio suo ad dexteram patris sederet, ascendebat: Apostolos in alteram partem, id est, in omnem terram mittebat, vt ad se omnes homines reuocarent. Id Marcus capite 16. 15. aperit dicit, *Euntes, inquit, in mundum vniuersum.* Opponit autem vniuersam terram Iudaeorum terminis, quibus ante ca. 10. 5. Apostolorum legationem designat. In vna, inquit, gentium ne abieritis, & in ciuitatibus Samaritanorum ne intraueritis. Tunc enim quasi haereditario iure Iudaeorum rex esset, ad solos Iudaeos Apostolos mittebat: nunc per mortem, & resurrectionem suam in omnes homines regnandi acquisito iure in totum orbem terrarum mittit, declarat nunc per mortem suam disruptam fuisse materiam, qua regnum suum intra Iudaeorum fines fecerat, quae nunc per mortem suam ad Ephes. 2. 14. ideoque longius nunc esse regni sui limites proferendos a mari usque ad mare, & a summe usque ad terminos orbis terrarum Psalmo 71. 3. nec alios regni, id est Ecclesiae suae, quam orbis terrae fines futuros esse: prius in Iudaea tantum notum fuisse Deum Psalmo 75. 2. nunc vbiq; cognoscendum: *populus, inquit, quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obaudiuit mihi Psalmo 17. 44. 45. Quiescebat me, qui ante non interrogabant, inueniunt, qui non quiescebat me, Isaia. 65. 1. & vocabo non plebem meam, Osee. 2. 23. ad Rom. 9. 25. Ergo quandoquidem a me missis estis, cui data est omnis potestas in caelo, & in terra, & a me vobiscum communicata (hanc enim emphasim habet hoc loco particula ergo.) Docete, non humanam sapientiam, quia nihil est regno meo magis aduersum stultitia enim est apud Deum 1. Cor. 3. 19. sed diuinam, quae apud homines stulticia est; docete cruentam meam, Iudaei quidem scandalum gentibus autem stultitia: ipsi autem vocati Iudaei, ac graecis Dei virtutem, & Dei sapientiam 1. Corinth. 1. 23. Marcus c. 16. quod docturi essent exposuit, *predicate inquit, Evangelium omni creaturae.* Hoc verbo non solum nunc Anabaptistae, eo insanius haereticorum genus quo magis sibi sapere videtur, sed etiam nonnulli antiqui, bonique auctores abusi sunt, vt Tertul. in li. de baptismo, & Nicetas in comm. in orat. Greg. Nazanz. in sanctum baptisma, vt probarent baptismum infantibus, nisi mortis periculum immineret, dandum non esse, quod Christus eos, qui baptizandi sunt, prius doceri iubeat, & infantes doceri non possint. Non animaduertunt Christum hoc loco non vetare baptizari eos, quod doceri non possunt, sed statum habere omnes, qui prius docti fuerint, baptizari. Reliquos vero, qui nondum doctrinam capaces sunt, si saluos esse velimus, baptizari oportere non hic, sed alio loco docuit Ioann. 3. 5. nisi*

*Locus explicatus de baptismo contra Anabaptistas.*

A quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quapropter Caluinus & eius haereticis scitantes, qui eum Ioannis locum non de baptisimo sacramento, sed de fidei regeneratione intelligendum esse contendunt, nullum scripturam testimonium satis efficaci probare possunt in fantes baptizari oportere. Et quidem cum Caluini de paedobaptismo aduersus Anabaptistas librum lego, ridere soleo, videreque mihi videor hominem haereticum, dum suis, non Ecclesiae armis aduersus illos haereticos pugnare vult, turpiter in pugna succubentem. Et absurdus, & insolentius eodē verbo Caluinistarum interpretes abutuntur, neque Romanū Pontificem, neque vllum alium Ecclesiae Catholicae Episcopum Apostolorum successorum dici posse, cum Apostoli ad docendum missi sint, ipsi non doceant. Quod Caluinistarum Ministrum Apostolorum successores sumi ad illi quidem docent, sed vt omnes faciunt haereticis, Apostolis contra docent. Ceterum, vt de doctrinae genere nihil dicamus, nostrum omnia antiquitate probatū, ipsorum omni antiquitate damnatum est, de hoc solum disputemus loco. Obicit illi nobis, quod Episcopi nostri non doceant. Obicit illi illis quilibet doceat nos, sed ad docendum missi non fuerint, quemadmodum Apostoli missi sunt: *data est mihi inquit, omnis potestas in caelo, & in terra.* Euntes ergo docete. Multo facilius nos probare possumus Episcopos nostros docere, quā illi ad Christum ad docendum missos esse. Nā non solum Episcopi nostri, sed ipsi etiam imperiti faceret, quos illi Molossi canes, canes mutos, & non valentes latrare vocare solent, etiam nullū dicant verbum, melius tamē, quā illi docent, dum venientes Caluinistas, & ceteros haereticos insolentem, nouamque doctrinam afferentes digito demonstrant.

Baptizantes eos in nomine patris, & Filii, & Spiritus sancti. Doctrinae baptisimi coniungit sacramentum, non, vt Caluin. delirat, tanquam acceptae iam gratiae sigillum, sed tanquam doctrinae fideique signaculum atque professionem. *Quae aqua mergere, lauare, abluere, & vt Terullianus solet veterē, tingere significat.* Itaque ipsa verbi proprietate sacramenti materia declaratur, aqua baptismi confici debere, quemadmodum Christus ipse apud Ioan. 3. 5. magis exprimit, nisi inquit, quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto. Cōstat etiam Apostolos nunquam aliter, quā aqua baptizasse: propterea enim inter Christi discipulos, sicut Ioan. faciebat, aqua baptizaret Ioan. 3. 26. Philip. etiam Eunuchum illi Cādacis reginae ita proculdubio instituerat debere eos, qui in Christo credidissent, aqua baptizari. Cū enim ad aquā quandā peruenissent, ecce, inquit Eunuch. aqua, quis prohibet me baptizari? Act. 8. 36. & ca. 10. 46. 47. respondit Petrus, nunquid, aquam quis prohibere potest, vt non baptizetur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos: id est figuris etiam per Apostolos declaratis manifestū est. Scribit Paul. 1. Cor. 10. 2. Patres Vt. Test. in mari baptizati sunt. Scribit D. Petr. 1. ep. c. 3. 21. sicut in diluuium per aquam octo animarum liberatae sunt: ita nunc similes forme baptismum multos homines liberare. Vnde colligitur, quemadmodum mare, & diluuiū aqua constabat, ita baptismum aqua perfici debere. Hinc Selenici, & Hermiae haereticis refutatur, qui, vt li. de haeresib. ad Quodauit Deū c. 59. auctor est Aug. sine aqua baptizandū putabant, quod vbiq; cum Ioan. baptismum cum baptismo Christi comparatur, illa aqua, hic Spiritu sancto, & igne perfici dicitur. Ergo, inquit, baptizo vos in aqua in penitentiā, qui autē post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calcamēta portare, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. Mar. 3. 11. Mar. 1. 8. Lu. 3. 16. Ioan. 1. 26. 33. Act. 11. 16. Audiui ego me a Iudaeis Caluinistam Ministrū similia dicentem, nostramque ridentē, vt ille vocat, simplicitatē, & igno-

*Locus contra Caluinistam de missione Apostolorum, & Pastorum.*

*De forma & vrbu baptismi.*

*Aqua baptismi necessaria.*

*Cur bap. sit in aqua.*

& ignorantiam, & crederemus baptismum necessarium debere aqua consistere. Nō enim, inquit, magis aqua, quā igne cōstare debet, cum pluribus locis Christus, igne quam aqua baptizaturus dicatur. Sic illi boni doctores scripturā interpretantur. Cū ergo Christi baptismum baptismo Ioannis opponitur, & Ioannes aqua, Christus igne, & Spiritu sancto baptizaturus dicitur, non est sensus Christi aqua baptizaturum non esse, sed non sola aqua baptizaturum, vt Ioannes baptizabat, sed praeter aquam quae extrinsecus adhibetur, Spiritu sanctū intrinsecus effusurum esse, qui immisso specie linguarū igne significetur, vt die Pentecostes factū est, quē admodum Damasc. li. 4. de fide orthodox. c. 10. interpretatur. Quare ex his locis tantum abest, vt colligatur baptismū aqua consistere non oportere, vt aliter potius Caluinistarū error inde manifestissime refutetur, quod inter Ioan. & Christi baptismū nihil discriminis esse dicant, sed cōtra hūc errorē c. 3. 11. copiose disputauimus. Forma quoque baptismi praescribitur his verbis. *Hic licet ex hoc loco, si quis subtiliter, & pertinaciter tergiverari velit, satis aperte probari nō possit hanc, qua vltimur, baptismi formā esse oportere. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti:* tamen Ecclesiae traditio verborū sensum interpretante probatur. Sic enim semper Ecclesiae baptizasse inde perspicuum est, quod quicūq; alia vltima forma ab Ecclesia damnata sunt, excommunicata can. Apost. 49. omnes Episcopi, & presbyteri, qui aliter, quā in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizauerint. Iudicari sunt Marcionis & verū non dare baptismū, quae forma non vterentur apud Iren. li. c. 13. & apud Epiph. haer. 3. 4. Propterea Paulinistarū baptismus in Concilio Niceno can. 19. damnatus est, quia haec verborū forma non vtebatur, vt ex Concilio 6. Carth. can. 19. & ex Innocentio epist. 22. c. 5. colligitur. Hae ergo ratione omnes arguē, quibus horū verborū sensus deludendi potest, res illendae sunt, vt si quis dicat sensū non esse baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, id est inuocato, aut appellato nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti, sed baptizantes eos auctoritate Patris, & Filii, & Spiritus sancti: quemadmodum multis locis baptismum in nomine Christi datum legitimum non quod, qui baptizabat, diceret. Ego te baptizo in nomine Christi, sed quod Christi auctoritate baptizaret: vltimo loco dictari sumus: praeterea si quis dicat, non sequi ex hoc loco debere eum, qui baptizat, dicere, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: id enim Christus nō dicit, sed factus esse, si aquam fundat, & dicit, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; denique si quis arguenteur posse hae verba per diffusionē intelligi, vt sensus sit, baptizantes eos in nomine Patris vel Filii vel Spiritus sancti, quam interpretationē videtur eūdem probare posse. Spe enim in nomine soli Christi datur ab Apost. fuisse baptismū multo grauius auctores sunt: illas, inquit, omnes subtilitates, vna Ecclesiae traditio, optima sacramentum litterarū interpretēs omnino dissipat. Nec enim dissipatum, quomodo hae verba intelligi possint, sed quomodo debeant. Debent autē eo intelligi sensu quo a Christo dicta sunt, non quē sibi quis ne animo sinxerit. Hoc autē a Christo sensu dicta fuisse, vt Apostoli cū baptizarent, dicerent, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, vltimo & triduo cōstat Ecclesiae, quae his semper, aut idem significat, vbi verba baptizant. Quomodo autē Apostoli aliquid in nomine Christi baptizasse dicantur Act. 2. 38. loco magis idoneo disputabimus. Potest merito quæri, cur Christus voluerit hae forma dari baptismū. Multae rationes eius rei afferri possunt. Prima, vt declarat, vnde vltimur baptismum habere, non mirū ex Patre qui filii suum mittit, vt pro hominibus moreretur: ex Filio, qui baptismum intrinsecus, & suo quodammodo sanguine

A irrigauit, & fertilem, vberem, efficacem effecit, ex Spiritu sancto, qui sicut aqua extrinsecus corpora, ita ipse intrinsecus animos sanctificando lauat. Secunda, ne, qui baptizantur, humanū tantum ali- quid se recipere putarent, & non solum hominum edēdo, Ego sum Paulus, ego Apollo. 1. Cor. 1. 12. sed Deum ipsum quodammodo diuidentem dicentes, Ego sum patris Ego fili, ego sum Spiritus sancti, si in vni- us tantum personae nomine baptizarentur. Tertia ratio est Fulgentius adducit in lib. de fide orthodoxa ad Donatū vt homines eundē regenerationis fixa auctorem esse intelligerent, qui generationis auctor fuerat, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Sensus ergo verborum est, baptizantes eos non solum nomine sed nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, id est declarantes, atq; testantes id quod factus nō vestra, sed Dei Patris & Filii, & Spiritus sancti persona facere, ne vester, sed Dei baptismus esse credatur: sicut de baptismo Ioan. in multis locis scribit Aug. propterea Ioan. baptismum uocatum fuisse, quod solum nomine atque persona, licet aut usum, aut iussum Dei, nō autē Dei persona baptizaret. Ita q; hae verba, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, non tantum ad verbum baptizantes, sed etiam ad eos, qui baptizant, referendae sunt. Porro ex hoc loco recte veteres auctores Trinitatis mysterium probauerunt: hinc ab illis Sabellianis refutari, qui ex hoc etiam loco sensum & rorem confirmare conabatur, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum vnam tantum esse personam, quod Christus nō dixerit baptizantes eos in nominibus, sed in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Refellit eos D. Basil. epistol. 64. hinc potius colligit tres esse personas, vnam naturam, quae cum Patre, Filio, & Spiritu sancto, vt res distinctae personae nominentur, vnam tamen illis diuinitatis nomen, vna auctoritas sit. Hinc alii aduersus Arianos Patris, Filii, & Spiritus sancti diuinitatem, & equalitatemque probauerunt: nec enim nos in nomine vltius creaturę baptizari. Sic A. haer. 3. cōtra Arianos, & in ora. de aeterna substantia Filii, & Spiritus sancti cōtra Sabellii gregales, & in ora. hoc dictū, *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo.* Ln. 10. 22. & in disp. cōtra Ariū in Concilio Niceno. habita, & in epistol. ad Serapionē cōtra eos, qui dicebāt Spiritū sanctū esse creaturā, & in p. fessione regulę Cathol. & Hilari. li. 2. de Trin. & Greg. Naz. in ora. habita corā 150. Episcopis, & orat. 5. de Theol. & Ambli. li. 5. de S. S. c. 14. & Didym. li. 2. de S. S. & Theodoro. li. 5. haereticarū fabularū c. de S. S. & Ful. in li. cōtra obiectiones Arianorū & li. de fide orthodox. ad Donatū c. 9. Marc. addit hae verba c. 16. 17. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero nō crediderit, condemnabitur.* Signa autem eos, qui crediderint, hic sequuntur: *In nomine meo demonia eiciunt, & c.* vtrūq; vt baptismi effectum significans. Saluos enim nos facit non solum fides sed etiam baptismus, vt D. D. Petrus scribit, 1. epistol. 3. 21. Quod autem dicit, *signa autem eos, qui crediderint, hae sequuntur, nō solum, qui crediderint, intelligi, sed etiam, qui baptizati fuerint.* Nam qui crediderint, ante quā baptizarentur, huiusmodi miracula facere nō solebāt, cuius rei in Act. Apo. c. 19. dilucidissimū exemplum est. Nec ita intelligendū quasi omnes qui baptizarentur, hae miracula facturi essent: sed quia multi facturi erant, & non solum suo, sed aliorum etiam nomine, & cōmodo facturi, vt & sus, & ipsorum fides corroboraretur, generaliter loquitur, *Signa autem eos, qui crediderint, hae sequuntur.* Nō sēper a signa sequitur esse intelligi, sed cum ad fidei confirmacionē & ritē necessarium, & d. eorum, qui crediderint, hae miracula cōfirmabitur. Sed hanc illam Eusebii Mare. cōment. explicabimus.

*Lib. 5. de Zap. contra Donatistas c. 9. 10. 11.*

*20. Doctores seruare omnia, quae cumq; in uadasi uolū, Poll. sic, & baptismū praecipiōrum obseruacionem*



